

Jam remeare parant fessæ per bella catervæ,  
Difficilemque; nimis nequeunt plus ferre laborem.  
Signifer Alpheus prompto per bella vigore  
Discurrit, reficitque suas hortando cohortes.  
Adveniens super hunc magno cū turbine saxum  
Vexillum lanians, hastam, lœvumque lacertum  
Comminuit; de mortis eum rapuere periclis  
Quamceleres socii: cura subiere medentum,  
Nempe Boni proles Petrus Gerardus, & Ugo  
Ipsum Pæoniis curarunt protinus herbis.  
Casibus hic variis discrimina Martis aguntur.  
Occumbunt plures, redeunt sine vulnere nulli.  
Qualis ab Idæis populus remeabat Achivus  
Mænibus, & quales fuerant per prælia Troës,  
Dum bonus incolumes Hector Priamusque  
manebant.

Protinus à pugna redeunt, sed barbara turba  
Funeribus variis plures habuisse querelas  
Creditur, & multò plures habuisse dolores.  
sal. final. - Cura patres Latios non parva, dolorque  
premebant,

Quòd bene pugnatum sibi nullos attulit usus;  
Nam perfecta suis nec erat victoria dextris.  
Hostis bella magis quam curam pacis agebat;  
Et Comes Ampurix, nec non Catalanicus heros  
Ad patrios remeare lares properando petebant.  
Causa recedendi quænam, vel qualiter esset,  
Nuntia, charta fuit Baleam transmissa Diana.  
Illa Moabitam molitum prælia regem,  
Et vastata satis narraverat optima terræ,  
Omnibus inq; locis Mauros referebat & ignem.  
Rura, domos, segetes, fructus pariter populatos  
Post multum damni quoq; gens vesana peregit,  
Et Tramaricam captam dixere liture.

Fidus erat Comiti qui chartam duxerat istam ;  
Et tamē h̄ec fuerant aliter quàm fama tulisset :  
Nempe Pyren̄eām peryenerat hostis ad urbem,  
Et sita Judæo fixit territoria colle .  
Urgelli Comitem, Comitem quoque Sardinięq;  
Dicunt, & reliquos regionis ab usque Girunda  
Electos equites, quibus adsunt prælia, ductos  
Agmine collecto crudeles / smalitas  
Mirando pepulisse modo . Domino faciente ,  
Innumerās acies pauci pugnando fugarunt ,  
Inquē fugam verū multi cecidere , venirent  
Ad supradicti donec deserta Salodi .  
Captos constat equos plures, predamq; potentem  
Eripuisse ferunt equites , peditesque Pyrenes ,  
Nec Tramaricām captam , ceu dixerat ille .  
Damna quidem fuerant , sed commoda plura  
fuerunt .

Hanc Comitis causam, qua posceret ille recessus,  
Diximus : ad reliquos nos ordo convocat actus.  
At Comitem patres miti monuere relatu,  
Ut desistat ab his : communia pācta p̄ ip̄sum  
Intemerata rogant & juramenta manere .  
Ille licet causam , quam Patres dicere veram  
Noverat , à lucro fese non subtrahit , & mox  
Pācta reformantur , terræ jactura Pyrenæ  
Ut reparata foret , dictis statuere supremis .  
Condere tecta patres gravidis h̄yemalibus apta  
Temporibus , retroque jubent castella trahenda.  
Incrementa parant belli , nova postulat hostis  
Fœdera , fœderibus non audet credere multum ,  
Qui sibi tam sp̄acos vi subdere nititur hostes .  
Incustoditis etiam custodia non est  
Committenda viris ; juvenum laudabilis ætas ,  
Sed non omnis adest laudandus ob omnia sensus  
Florentum juvenum , quos vinū , fercula , somnus  
Fallere sp̄e solent , nec possunt affore quæque  
Tuta juventuti , nimium quæ diligit ista .  
Ergo soporifero satiati corpora vino ,  
Pisani juvenes testudine nocte quiescunt .

- A Hi quibus hostis erat somnus depulsus ab ipsis  
Noctibus innumeris Baleares edocet ergo,  
Ut Pisana petant nocturno tempore castra,  
Et properate precor, sunt in testudine, dixit,  
Quos retinere quo , teneo vinoque , quiete.  
Talia dicentem Balearis turba sequuta  
Nocte silente fuit , cujus custodia prima  
Transferat, veniunt milleni castra petentes  
Armati , piceasque ferunt cum sulfure flamas  
Permistas . Aliquis piceum presentit odorem ,  
Admonet ut vigilēt, sed jam vigilare nequibant,  
Quos somnus facilis titubanti texerat ala.  
Auscultant quid agant hī de testudine, sternunt,  
Immituntq; focum , nihil est nisi somnus in illis,  
Per tabulas flammis diffusis tecta cremantur .  
Presentit strepitus somno decepta juventus ,  
Accrepatante citō solvuntur somnia flamma .  
Protinus arma viri capiunt , clamare potenter  
Incipiunt, unā, clamorem fecit & hostis ,  
Vocibus & summis totum circumtonat agmen.  
Undique concepti moverunt castra tumultus .  
In Baleae muros populus circumfluius ibat .  
Postquam cuncta rogus consumpsit , robora

- Hampe  
Perdiderāt, Mauri vocitant sua numina, Sanctos,  
Reginamque poli blasphemant crebrò Mariam.  
Ut tenebris lapsis produxit ab æquore Phœbus  
Luciferos radios, populi fervente querela,  
Colloquii patres promptissima signa dederunt.  
Omnibus ad cœtum venit de partibus agmen.  
C Incipit Azo queri, sed conçio tota querentem  
Attendit brevibus narrantem singula dictis,  
Ignavos quosdam, seu despectos vocitantem,  
Et defraudantes sacramentum pietatis.  
Hæc reliqui Patres, una populus, Comitesque,  
~~Vocibus~~ Hæc crebris, nō bisve semelve petebant.  
Continuò castella trahunt retro bina, simulque  
Altera bina parant velociter edificare.  
Et mox ligna rates scripserunt cuncta daturas.  
Nec mora ligna, boves, & mulus, equusq; tulerūt.  
Mulius, equus, vel homo de Regnis attulit hostis  
Innumerum vimen, vites, malosque nucesque  
Et glaucæ falices, si quæ poteratis in ullo  
Rure recognosci, vos horum vincla fuitis.

- Quatuor aereas castella videre per auras  
Surgeret Pisana dudum poteramus ab arce,  
Massiliam quondam Romae violenta potestas,  
Cui mare, cui tellus, & plurima regna pertebat,  
Ut superaret eam, Sanè non celius ullum  
Ædificavit opus; Rector Balearis ab ipsis  
Nocte dieque suos nescit convertere visus  
Turribus, & similes operi fecere Latini  
Artifices totidem subita velociter arte,  
Ac duplex aries quos crebro straverat iactu  
Ædificare parant celeri molimine muros,  
Inde Dianensem signatam misit ad urbem  
Rex Balearum chartam, pontum brevis incipit armis  
Scindere, terra brevi spatio, litusque petita,  
Subsidium, socii simul alta Diana fuerunt.  
Cooperat & populus tales audire lituras.  
Ex Narareq[ue] o[ste]nus Balearis Rector & auctor  
Regni mille suo felicia dona Bithali,  
Atque Dianensi populo non parva salutis  
Gaudia, velle meo vos quondam promeruisse,  
Ut quorū tutus solatia vestra rogarem,  
Sed tamen illa modo vobis solatia posco,  
Quæ nullo regi cognosco jure neganda.  
Adversantur enim cunctis communiter hostes,  
Qui Machamaticū celebrandū numen adorant.  
Hi leges, moresque vetant retinere paternos;  
Observare monent, stat contra dogmata quicquid,  
Et vitanda docent nostri precepta Rasul[le],  
Captivosque petunt, quos latus pontus ab usque

Explicit liber VI. Incipit liber VII. non Q. gratia <sup>Ocea-</sup> hanc initiala  
cum tunc sive in titulis, cum sive in capitulo etiam  
prosternitur. Et sive in capitulo etiam  
sive in libro et sive in capitulo etiam. Nam, ut dicitur above  
sive in libro et sive in capitulo etiam.